













colorchecker CLASSIC





x-rite

mm




卷之三









~~478~~

n° 479

*Table des matières  
contenues dans ce volume*

- 1<sup>o</sup> Ordo processionis quæ fit  
processus lumen in Ecclesia  
ad Sepulchrum post complorium  
Processio celebranda post  
complorium in Bethelem  
ad processum Christi
- 2<sup>o</sup> et nova recuperatio e Sazareth  
Ecclesie pro Thomam aconiaria
- 3<sup>o</sup> Exaltatio redemptoris Templo  
Divi Joannis Baptiste

# PROCESSIO

Celebranda, quoque die post  
Completorium:

## AD SANCTISSIMUM

Nascentis Christi Præsepe;  
in Betlehem Iudæ Ciuitate  
DAVID.



VENETIIS, M DC XXIII.

*Apud Miserinum. Superiorum Permissu.*

# PROCESSIONAL

Celestia, chendre gis best

Coniectumne

# AD SANCTISSIMUM

Ante omnes Christi Passione

in Beataissimam Orationem

DAVID



VENITIS. MDCCXLII.

Typis Willibaldini. Subsidio etiam M.

ILLVSTRISSIMO D. D.  
HIERONYMO FOSCARENO

omnibus numeris vndiq; absolutissimo

F. R. THOMAS A NOVARIA

Sacri Montis Sion Guardianus: prosp-  
ra quæq; præcatur, & optat.



**X**iguæ seruitutis meæ sine cun-  
ctatione alacritas, qua te iam  
pridem Aleppi Syrorum Ani-  
mo; consilio, fide, pietate, ac  
vigilantia, totoq; munere per-  
colui Consulem: has tibi modo supplicationes  
in sincera, perpetuaq; obseruantia symbolum  
dicare decreui; quantumuis e& meritorum tuo.  
rum, quæ nulla unquam delebit obliuio, in me  
excedat immensitas. Transeo tuum erga Re-  
ligionem nostram Seraphicam (ut ex multis  
unum attingam) Affectum; buc accedit in san-  
cta illa Ierosolymorum loca, studium, gratiaq;

4

singularis. Hinc paupercula illa familia, Loca  
inhabitans nostræ saluti sacra; pro tuo, tuæq;  
Illustrissimæ domus feliciori incremento;  
Diuinum Numen sollicitare non cessat. Hinc  
et Illustrissimi nominis tui memoriam, in uno  
ex præcipuis Terræ Sanctæ Sacrarijs vigere  
volui, Sanctissimo scilicet nascientis Christi  
Præsepio: eò magis, quia D. Hieronymus meus  
apud Deum supplex: post innumeros inibi, im-  
mensosque per multorum Annorum spatia  
exantlatos labores, vitam illic tandem cum  
morte commutauit. Argumentum igitur hoc  
benevolentiae meæ, gratiæ animi testimonium,  
quamvis egregijs animi tui dotibus maius de-  
beatur; æqui, boniç consule: tuamq; nobis vo-  
luntatem conserua perpetuam. Vale.

Data Romæ, ex Conuentu nostro S. Petri  
Montis Aurei: ipsis Kalendis Martijs, Anno  
Reparatæ salutis supremæ millesimum, sexente-  
simum, vigesimo tertio.

PRO

# PRO SANCTISSIMO SACRAMENTO.

## Antiphona.

**O** Sacrum conuiuum, in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia; & futuræ gloriæ nobis pignus datur, Alleluia. **V.** Panem de celo præstisti eis, Alleluia. **R.** Omne delectamentum in se habentem, Alleluia. **O** remus.

**D**eus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos corporis, & sanguinis tui sacra mysteria venerari; vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus: Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Accensis candelis, fratres omnes ad Sanctissimum procedant locum, ubi Christus Dominus noster, de Virgine Maria nasci dignatus est deuotè cantando, Hymnum.



**C**hri ste Re dem ptor om ni um,  
Ex Patre, Patris vnice,  
Solus ante principium:  
Natus ineffabiliter.

A 3 Tu

**T**u lumen, tu splendor Patris,  
Tu spes perennis omnium,  
Intende quas fundunt preces  
Tui per orbem famuli.

**M**emento salutis auctor,  
Quod nostri quandam corporis,  
Ex illibata virgine  
Nascendo formam sumperis.

**S**ic præsens testatur locus,  
Ad quem deuoti pergitus,  
Quod solus à sede Patris,

**M**undi salus adueneris.

**H**unc celum, terra, hunc mare,  
Hunc omne quod in eis est,  
Auctorem aduentus tui,  
Laudans exultat cantico.

**N**os quoque, qui sancto tuo  
Redempti sanguine sumus;

**I**n loco Natalis tui,  
Hymnum nouum concinimus.

**G**loria tibi Domine,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & sancto Spiritu,  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Sic dñ  
extra  
dies  
Nati-  
uitatis  
Dñi.*

*Extra  
Nati-  
uitatis  
dies.*

**Antiphona**  
Diui Hieronymi in Epistola ad Marcellam; Pro  
loco Natiuitatis Domini, alternatim cantanda.

**Incipiunt**

Incipiunt Cantores.

Betlehem ecce in hoc paruo terræ forami ne

cœ lo rum Condi tor na tus est.

Et Repetitur idem à Choro.

Cantores.

Chorus.

Hic in uo lu tus pannis Hic vi sus à Pasto ri b<sup>2</sup>.

Cantores.

Chorus.

Hic demōstratus à stella

Hic adoratus à Magis.

Omnies simul

Can-  
to-  
res.

Hic cecinerunt An ge li; Di centes

Glo ri a in Ex cel sis D e o.

A 4 Al.

Al le lu ia, Al le lu ia, Al le lu ia.

**V.** Hic notum fecit Dominus, Alleluia. **R.** Salu-tare suum, Alleluia. **O** remus.

**P**raesta quæsuimus omnipotens Deus, ut natus  
hic Saluator mundi; sicut Diuinæ nobis ge-  
nerationis est Auctor; ita & immortalitatis sit ipse  
largitor: Qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæ-  
culturum. Amen.

### LITANIÆ BEATISSIMÆ

Virginis Mariæ.

- |                                 |                 |  |
|---------------------------------|-----------------|--|
| <b>K</b> yrice eleif.           | <b>C</b> hriste | <b>S</b> cta Virgo virginū, ora.               |
| eleif.                          | Kyrie eleif.    | <b>M</b> ater Christi, ora.                    |
| <b>C</b> hriste audi nos.       |                 | <b>M</b> ater Diuinæ gratiæ,<br>ora pro nobis. |
| <b>C</b> hriste exaudi nos.     |                 | <b>M</b> ater purissima, ora.                  |
| <b>P</b> ater de cælis Deus,    |                 | <b>M</b> ater Castissima, ora.                 |
| Miserere nobis.                 |                 | <b>M</b> ater inuiolata, ora.                  |
| <b>F</b> ili redemptor mundi    |                 | <b>M</b> ater intemerata, ora.                 |
| Deus, Miserere nob.             |                 | <b>M</b> ater admirabilis, ora.                |
| <b>S</b> piritus sancte Deus,   |                 | <b>M</b> ater Creatoris, ora.                  |
| Miserere nobis.                 |                 | <b>M</b> ater Saluatoris, ora.                 |
| <b>S</b> ancta Maria. Ora pro   |                 | <b>V</b> irgo prudètissima, ora.               |
| nobis.                          |                 | <b>V</b> irgo Veneranda, ora.                  |
| <b>S</b> æcta Deigenitrix, ora. |                 | <b>V</b> irgo predicanda, ora.                 |

IA

A A

Virgo

**V**irgo potens, ora. **A**uxilium Christiano-  
**V**irgo clemens, ora. **R**um, ora.  
**V**irgo fidelis, ora. **R**egina Angelorū, ora.  
**S**peculum iustitiae, ora. **R**egina Patriarcha-  
**S**edes sapientiae, ora. rum, ora.  
**C**ausa nostre letitiae, ora. **R**egina Prophetarū, ora  
**V**as spirituale, ora. **R**egina Apostolorū, ora  
**V**as honorabile, ora. **R**egina Martyrum, ora.  
**V**as insigne deuotio- **R**egina Cōfessorū, ora.  
 nis, ora. **R**egina Virginum, ora.  
**R**osa Mystica, ora. **R**egina Sāctorum om-  
**T**urris Dauidica, ora. nium, ora.  
**T**urris Eburnea, ora. **A**gnus Dei, qui tollis  
**D**omus Aurea, ora. peccata mundi, Par-  
**F**œderis Archa, ora. cenobis Domine.  
**I**anua Coeli, ora. **A**gnus Dei, qui tollis  
**S**tella matutina, ora. peccata mundi, Exau-  
**S**alus infirmorum, ora. di nos Domine.  
**R**efugiu peccatorū, ora. **A**gnus Dei, qui tollis  
**C**onsolatrix afflito- peccata mundi, Mi-  
 rum, ora. serere nobis.  
**V.** Post partū virgo inuiolata permansisti. **R.** Dei  
 genitrix intercede pro nobis. **O** remus.  
**D**eus, qui salutis æternæ, Beatæ Mariæ virgi-  
 nitate foecunda, humano generi præ-  
 stististi: tribue q̄s, vt ipsam pro nobis intercede-  
 re sentiamus, per quā meruimus auctorem vitæ  
 suscipere Dñm nostrū, Iesum Christum, filiū tuū.

## De Spiritu Sancto. Oratio.

**D**eus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere; & de eius semper consolatione gaudere.

## De Angelis. Oratio.

**D**eus, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas; concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in celo séper assistitur: ab his in terra vita nostra muniantur.

## Pro unione Christianorum Principum. Oratio.

**D**eus qui errata corrigis: & dispersa congregas, & congregata conservas: quæsumus super Reges, & Principes Christianos tuæ unionis gratiam clementer infundas, ut diuisione reiecta: vero Pastori Ecclesie tuæ se vnientes, tibi dignè valeant famulari.

## Pro recuperatione Terræ Sanctæ. Oratio.

**D**eus, qui admirabili prouidentia tua cuncta disponis, te suppliciter exoramus: ut hæc terram, quam unigenitus tuus proprio sanguine consecravit; de manibus inimicorum cunctis eripias: & eam in Christiana Religione tuo nomini seruire concedas.

## Pro Familia Terræ Sanctæ. Oratio.

**D**efende quæsumus Dñe, Beata Maria semper virgine intercedente: istam ab omni aduersitate Familiæ, & toto corde tibi prostratam: ab hostiis propitius tuere clementer insidijs.

Pro

**Pro Nauigantibus. Oratio.**

**D**eus, qui transtulisti Patres nostros per Mare rubrum: & transueristi eos per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes, te suppliciter deprecamur, ut in Nauis famulostuos: repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursumq; tranquillo tuearis.

**Pro Peregrinis. Oratio.**

**A**ddest, qui a summis Domine supplicationibus nostris: & viam Famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate disponere: ut inter omnes vias, & vitae huius varietates tuo semper protegantur auxilio.

**COMMUNIS ORATIO.**

**D**omine Iesu Christe, largitor gratiarum: & amator charitatis, qui nos orare docuisti, ad te nunc clamantes exaudi: & intercedeante gloriosa Virgine Maria Matre tua, cum Beatis Apostolis tuis Petro, & Paulo, atque Beato Francisco, & omnibus Sanctis: Cardinalem, nostri Seraphici Ordinis Protectorem: Ierosolymitanæ Ecclesiæ Patriarcham, Prælatos omnes: & Principes, Religionis nostræ Generalem, Sacri Monitis Sion, Guardianum, & cunctum populum Christianum ab omni aduersitate custodi: Loca Sancta nostra, nos famulos tuos: consanguineos: ac benefactores nostros, in omni sanctitate conserua: omnesq; peccatores à vitijs purga, virtutibus illustra, pa-

cem, & salutem eis tribue, hostes vero visibiles atque inuisibiles, a nobis remoue, carnalia desideria repelle: Aërem salubrem, atque fertilem præsta, amicis, & inimicis nostris charitatem largire, atque ciuitatem istam sanctam ad cultum Christianum conuerte, & nos ab omni peste, fame, & feritate inimicorum illæsos conserua, & omnibus Fidelibus viuis, atque defunctis, in terra viuetum: vitam, & Requiem æternam concede: & benedictio tua sit super nos semper: Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

A D P R Æ S E P I V M.  
Vbi Christus Reclinatus fuit. Hymnus.

**Q**uando venit ergo sacrificio,  
Plenitudo temporis:  
Missus est ab arce Patris,  
Natus orbis conditor:  
Atque ventre virginali,  
Caro factus prodijt.  
**V**er agit infans inter arcata,  
Conditus Præsepia:  
Membra pannis inuoluta,  
Virgo mater alligat,  
Et manus, pedesq; & crura,  
Stricta cingit fascia.

Gloria

**Gloria & honor Deo**  
**Visquequaque Altissimo,**  
**Vna Patri: filioque,**  
**Inclito Paraclito :**  
**Cui laus est ; & potestas ,**  
**Per immensa sœcula . Amen .**

**Antiphona.** Maria autem, postquam peperisset filium suum vnigenitum : pannis eum inuoluit ; & reclinavit eum in hoc Præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. **v.** Consideraui opera tua, & expaui. **R.** In medio duorum animalium. **Orem.**

**D**omine Iesu Christe, consolatio pauperum, & humilium gloria, qui ad informandum cor da nostra, pauper in præsenti Diuersorio, & humili inter animalia, in hoc Præsepio appareté dignatus es : Præsta quæsumus, vt pet hæc semper in terris gradientes, tandem in Cælis, æternæ mansionis gaudia, inter Angelorū choros habere mereamur. Qui cū Deo Patre, & Spū sc̄tō, viuis, &c.

**Ad Altare Magorum . Antiphona.**  
 Intrantes Magi hanc domū inuenérunt hic puerum, cum Maria matre eius; & procidentes, adorauerunt eum. **Hic osculentur terram,**

Et apertis The sau tis su is ob tu  
lerunt

le runt hic Ma gi Do mi no,

Au rum: thus & myrrham, Al le lu ia.

V. Reges tharsis, & insulæ hic munera offerent,

B. Reges Arabum, & Saba dona adducent,

Oremus.

**D**eus qui in hoc paruo terræ foramine; vni-  
genitum tuum, Gentibus stella Duee reue-  
lasti: concede propitius, vt qui iam te ex fide co-  
gnouimus, vsque ad contemplandam speciem  
tuæ celitudinis perducamur. Per eundem Chri-  
stum Dominum nostrum. Amen.

**Ad Altare Sancti Ioseph Virginis Sponsi.**

Hymnus.

**D**omi nis Ioseph ge ne ro sa proles:  
Vnicum vitæ specimen modestæ;  
Simplicis eandor, Domino probate,  
Sponse Mariæ.

**Ad Bethleem Nympham comitatis almam:**  
Teftis arcani, crederisq; Christi

Tu

Tu Pater: nomen promis illi Iesu,

Post dies octo.

**I**n via ductor, Memphis solamen:

Nazareth pascit superumque panem;

Pauperi diues: Dominus ministro

Subditur illi.

**G**loria Patri, genitæq; proli,

Et tibi compar vtriusque semper

Spiritus alme, Deus unus, omni

Tempore sœcli. Amen.

**A**ntiphona. Cum esset desponsata mater Iesu

Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuēta est

in utero habens de Spiritu sancto. **V.** Ioseph fili

Dauid, noli timere accipere Mariā coniugē tuā.

**R.** Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto  
est. **O**remus.

**S**anctissimæ genitricis tuæ sponsi, quæsumus  
Domine meritis adiuuemur, ut quod possibili-  
tas nostra non obtinet: eius nobis intercessione  
donetur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre: in  
sæcula sæculorum. Amen.

**Ad sepulchrum SS. Innocentium. Hymnus.**

**S**alue te flo res Mar ty rum  
Quos lucis ipso in limine:  
Christi insecutor sustulit,

Ceu

Ceuturbo, nascentes rosas.  
**V**os prima Christi victima :  
 Grex immolatorum tener,  
 Aram ante ipsam simplices,  
 Palma, & coronis luditis.  
**G**loria tibi Domine :  
 Qui natus es de Virgine ;  
 Cum Patre, & sancto Spiritu,  
 In sempiterna sæcula. Amen.

**A**ntiphona. Innocentes, pro Christo, infantes occisi sunt: ab iniquo Rege lactentes interficti sunt, ipsum sequuntur agnum sine macula, & dicunt semper : Gloria tibi Domine.

**V**. Herodes iratus occidit multos pueros :  
**R**. In Betlehem Iudeæ ciuitate Dauid. Oremus.  
**D**eus, cuius hic præconium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica; ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam moribus vita fateatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**A**d Oratorium S. Hieronymi. Hymnus.



**I**s. t. e. Confessor Do mi ni sa cra tus :  
 Gesta plebs cuius celebrat per orbem;  
 Quibus hinc latus meruit secreta,

Scandere cœli.

**Q**ui pius, prudens, humilis, pudicus:

Sobrios, castus, fuit & quietus;

Vita dum præsens vegetauit eius,

Corporis artus.

**A N T I P H O N A .**

O Doctor o pti me Ec cle siæ

San cte lu men Be a te Hi e ro ny-

me Di ui næ le gis A ma tor de-

pre ca re pro no bis Fi li um De i.

**V.** Os iusti meditabitur sapientiam.

**B.** Et lingua eius loquetur iudicium.

**O**remus.

**D**eus, qui Ecclesiæ tuæ in exponentis sacrís  
Scripturis: Beatum Hieronymum Confes-  
sorem tuum, Doctorem maximum prouidere di-

**I**ESUS

**B**

**gnatus**

gnatus es : præsta quæsumus : vt eius suffragantibus  
meritis, quod ore simul, & opere docuit, te adiuante  
exercere valeamus. Per Christum Domi-  
num nostrum.

**Ad Sepulchrum S. Hieronymi. Hymnus.**



**A**d Sacrum cuius Tumulum, frequenter  
Membra languentum modo sanitati:  
Quolibet modo fuerint grauata,  
Restituuntur.

**V**nde nunc noster chorus in honorem:  
Ipsius hymnum canit hunc libenter,  
Vt pijs eius meritis iuuemur,  
Omne per ævum.

**S**it salus illi decus, atque virtus:  
Qui supra cœli residens cacumen;  
Totius mundi machinam gubernat,  
Trinus & vnu. Amen.

**ANTIPHONA.**



A mauite um Dominus & or na uit

eum

e um stola glo riæ in du it e um

& ad portas pa ra di si corona uit e um.

**V.** Ora pronobis Beate Hieronyme.

**R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

**D**eus, qui per Beati Hieronymi miracula, Eccl esiam tuam multipliciter illustrasti ; praesta quæsumus ; ut sicut hic eius tumulum deuotis veneramur obsequijs, ita ipsius precibus, & meritis, gaudijs perfruamur sempiternis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad Sepulchrum S S. Paulæ, & Eustochij Virginis eius filiæ. Antiphona.

Ist æ sunt spe cion fæ in ter

fi li as Ie ru sa lem.

B 2 **V.** Ele-

V. Elegit eas Deus , & præelegit eas :  
R. In tabernaculo suo habitare facit eas.

Oremus.

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster : vt sicut de beatæ Paulæ , & Eustochij virginis eius filiæ commemoratione gaudemus : ita piæ deuotionis erudiamur affectu . Per Christum Dominum nostrum . Amen .

Ad Sepulchrum S. Eusebij Cremonensis, Abbatis Betlehemitici, Antiphona .



V. Ora pro nobis beatæ Eusebij.  
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi .

Oremus.

**I**ntercessio nos quæsumus Domine , Beati Eusebij Abbatis commenderet , vt quod nostris meritis non valemus : eius patrocinio assequamur . Per Christum Dominum nostrum . Amen .

Ad

**Ad Capellam Sanctæ Catharinæ.**  
**Hymnus.**



**I** E su co ro na vir gi num,  
Quem mater illa concipit:  
Quæ sola virgo parturi t;  
Hæc vota clemens accipe.

**Q** ui pascis inter lilia,  
Septus choreis virginum,  
Sponsas decorans gloria,  
Sponsisq; reddens præmia.  
**Q** uocumq; pergis, virgines  
Sequntur, atque laudibus  
Post te canentes curfitant,  
Hymnosq; dulces personant.

**T**e deprecamur lar gius  
Per Catharinæ merita,  
Nescire prosus omnia:  
Corruptionis vulnera.  
**E**laus honor, virtus, gloria,  
Deo Patri, & filio:  
Sancto simul paraclito,  
In sæculornm sæcula. Amen,

**A N-**

## ANTIPHONA.

Ve ni spon fa Chri sti accipe co ro-

nam quam ti bi Do m i nus

præ pa ra uit in æ ter num.

V. Ora pro nobis Beata Catharina:

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

**D**eus, qui dedisti legem Moysi in summitate montis Synai : & in eodem loco per sanctos Angelos tuos, corpus Beatæ Catharinae virginis, & martyris tuæ mirabiliter collocasti: præsta quæsumus, ut eius meritis, & intercessione ad montem qui Christus est peruenire valeamus: Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Amen.

Divinum auxilium maneat semper nobiscum.  
Amen.

**T**erræ Sanctæ Indulgentias, à Summis Pontifi-  
cibus olim Sanctè concessas. Plenariam vtpoïè,  
in Augustissimo illo Natiuitatis Christi loco: ad eius-  
dem Præsepij locum: ac vbi à Magis fuit adoratus; Se-  
ptem Annorum, totidemq; quadragenarum, ad sepulchrum  
SS. Innocentum, Sancti Hieronymi oratorium, eius-  
demq; monumentum SS. Paulæ, & Eustochij Vir-  
ginis eius filiæ, ac S. Eusebij Abbatis, Mausolea. Cum  
plenaria sicut habetur in Monte Sinai ad Sanctæ Cathari-  
næ capellam; In hoc exemplari nostro, ad meliorem  
formam redacto: suis locis assignare, atq; excudi mi-  
nimè curauimus; eò quod non duntaxat Illæ, omni-  
bus passim luce meridiana innotescant clariores: sed  
& maiores esse, pia mente credantur; cum ibidem  
humani generis salutem Christus Dominus operari  
dignatus sit.





